

www.e-rara.ch

Novi testamenti dictionum sylloge Graeco-Latina

Schweizer, Johann Caspar

Tiguri, 1708

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rv 50

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24552>

[Praefatio.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



*Ornatissimis, optimæque
spei*

Adolescentibus, superiorum Clas-
sium, Scholæ parallelæ, Discipulis,
Linguae Græcæ Studiosis,
καί εἰς

Offero Vobis, *Ornatissimi Adolescentes*, om-
nium novi Testamenti dictionum Syllō-
gen, jam olim in meum tantum usum; sua-
lore & impulsore Viro longè doctissimo, Scho-
læ nostræ lumine clarissimo, Dn. JOHANNE
JACOBO WOLPHIO, Præceptore de me
optimè merito τῷ ἀξιαγάτῳ μακαρίτῃ; ador-
natam, secundum Methodum à Clariss. Pasore
in Lexico observatam: nunc verò diligentius,
variata ut plurimum methodo, & genuinis
vorum originibus hinc inde conquisitis, at-
que suis in Nov. Test. derivatis, certa serie,
præmissis, sub incudem revocatam: certa spe
fretus, fore, ut hanc meam qualemcunque o-
pellam serena fronte accipiat. Habetis cer-
tè ejusdem generis libellum perutilem alium,
& dignum, qui vestris teratur manibus, Sylla-
bum Dn. Pasoris, ad promovenda φιλελληνικά
studia nati.

Quid verò, si cum *Naxiazeno*, hīc τῷ μετρί-
στῳ τὸ πᾶν δύνασθαι dicam? Additiones al-
(2 quan-

PRÆFATIO.

quando haud inutiles. Διὰ τὸ δυνημένον αὐτῶν
 aliam ingressus sum viam, aliam, Vobis haud
 futuram difficilem, observavi methodum.
 Quòd si enim voces Novi Testamenti serie
 alphabetica, non observato earum situ na-
 turali, positæ, à Vobis cupidè ediscuntur;
 quid ni multò feliciùs atque faciliùs, cogni-
 ta primùm radice, exinde deducta vocabula,
 memoriæ Vos impressuros credam? Hoc ego
 affirmare non dubitarim, Vos ἀπονότατοι, hu-
 jus subsidio libelli, tantùm brevi profectur-
 os, ut sine impedimento ^a πρεσβύτεριον ἢ θεῶν
 λόγον ante secula existentem Dei Sermonem, & A-
 postolos ^b τὰς κρινέας τῆς οἰκουμένης διδασκά-
 λας, ^c ὑποφύτας τῶν θεοφόρων λογίων, ^d καὶ ἀνα-
 πνεύσις κήρυκας; communes orbis habitabilis Præ-
 ceptores, divinorum eloquiorum interpretes, & pene-
 trabiles præcones loquentes audire, & intel-
 ligere possitis. Quo quid præstantius?
 quid suavius? Non Demosthenis qui-
 dem illam δένωσιν admirabilem, non
 jucunditatem Isocratis numerosam audietis.
 Audietis verò ἀφέλειαν, sermonisque sim-
 plicitatem sanctissimam, & nostro captui
 prorsus accommodatam, Apostoli enim

a Ita Naz. orat. εἰς τὸ ἄγιον βᾶπτισμα Chri-
 stum vocat. b Chrys. præfat. in epist. ad
 Philem. pag. 412. tomo. 4. c Naz. καὶ ἰερί-
 σηλιτ. α. Id. orat. εἰς τὸ πάχος, e Euseb. Hist.
 Eccles. lib. 3. κεφ. κδ.

PRÆFATIO.

ἐπὶ τῷ γλῶττιαν ἰδιοπεύοντες τῇ γερμῶ ἀπὸς τῆ σωτῆ-
 ρος αὐτοῖς διδωρημῶν θεία καὶ παραδοξοποιῶ
 διωάμει θαρσύνες, τὸ μὲν ἐν ἀεινοίᾳ καὶ τέχνῃ λό-
 γων περὶ τῆ διδασκαλίας μαθήματι προεβόλῃν ἔτε ἡδε-
 σαι, ἔτε ἐνεχέρειν, ἀπεθῆς ἀπὸ τῆ λογιῶ φῶν
 μικρὰν ποιέμενοι φροντίδα; non magis pendebant
 sermonis ornatum, quippe in quibus anima erat di-
 vinis ornata virtutibus simul & signorum gratia eis
 à Servatore concessa, qua confidentes, non in persua-
 soriis humanæ sapientiæ verbis Præceptoris doctri-
 nam prædicare neque sciverunt, neque conati sunt,
 de ornata scriptione minimè solliciti. Interim ta-
 men, ut è medio sumto, vulgato & usitato lo-
 quendi, & scribendi genere usi sint Græcè
 locuti sunt, Græcè scripserunt. Eos igitur in-
 tellecturos, à Linguae hujus cognitione accu-
 ratè instructos esse oportet. Non vocum tan-
 tum & phrasium pondera examinent, sed ne
 syllabam quidem ullam intactam relinquant,
 ad id exstimulati ἀξιωματικῶς ὅτι illo Basilii di-
 cto: f. Τὸ μὴ παρέργως ἀκρόαν τῶν θεολογικῶν φωνῶν,
 ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν ἐκείνῃ λέξει καὶ ἐκείνῃ συλλαβῇ
 κεκερυμμένον τὸν ἐν ἐξιχνόειν, ὅτι δὲ γινώσκοντες οὐδέ-
 βδαν, ἀλλὰ γνωρίζοντων τὸν σκοπὸν τῆς κλήσεως
 ἡμῶν. Haud oscitanter audire sermonem de rebus
 divinis differentem, sed conari, quid in quaque di-
 ctione, quid in quaque syllaba reconditi sensus la-
 teat perscrutari, non est eorum, qui segnes sunt ad
 pietatem, sed qui intelligunt scopum nostræ vocatio-
 nis: incitati quin etiam exemplo eorum, qui

f. De Spiritu S. cap. i.

PRÆFATIO.

in primitiva Christi Ecclesia ἡ κατηξιώθησαν τὰ
 τέσσαρα διαγέλια ἐμπαθεῖν, quibus datum erat
 quatuor Evangelia ediscere: ut & ipsi aliquando
 sciant ἡ τὰς ἐν γραμματεῖς ἱεροσύλας, καὶ τὴν
 τῶν γεγραμμένων κλέπτουλας, καὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀλη-
 θείας λατρεύουσας, *literarum sacrilegos aucupes, &*
mentis scripturarum corruptores, viæque veritatis
perturbatores; quâ notâ Hæreticos Nazianzen.
 insignivit; refutare. Nam ipsi maximè ἰηγου-
 μένων τῶν συλλαβῶν καὶ λέξεων *venatores syllabarum*
& dictionum sunt. Ergo syllabæ etiam & api-
 ces quique, ergo omnino omnia sacras pagi-
 nas volventibus diligenter observanda, ne
 per incuriam nobis id eripi patiamur, quod
 causæ bonæ vel maximè commodare potuif-
 set. Quare stadium studiorum decurrentes
 huic cumprimis Vos totos consecrate Linguae;
 ejus suavitatem incredibilem, elegantiam
 summam, utilitatem mirabilem amate: ἐν-
 κασιγάν, quam Præceptorum Vestrorum eru-
 ditio præclara, fides egregia, diligentia arti-
 ficiosa & accurata Vobis dat, captate, ea uti-
 mini, ne irritis aliquando votis exclamare
 cogamini.

O mihi præteritos referat si Jupiter annos!

Cùm verò à facilioribus ubique incipere
 consultum sit, ne rerum in ipso statim limi-

g Basil. reg. contract. 236. h orat. 2. de Fi-
 lio Dei. i Idem orat. in Cyprianum.

PRÆFATIO.

ne difficultate fortè deterreamur, hîc quoque idem Vobis faciendum est. Novi autem Fœderis phrasîs tantæ & facilitatis & perspicuitatis est, ut à quovis, vel mediocriter in Græcis versato, legi, & intelligi possit. Ad ejus itaque lectionem, præter utilissimos suprà laudati *Cl. Pastoris* labores, viam Vobis facilissimam præsens hocce ἐν χρείῳ sternit, quod voces Novi Testamenti omnes, ad naturales suas sedes revocatas, exhibet: neque, ne quædam radices, quarum in novo quidem Testamento nulla sit mentio, ab iis verò deducta reperiuntur vocabula; desiderentur, easdem oculis, à reliquis in Nov. Test. usurpatis, hoc* asterisco distinctas, subjicit; tandèmq; ubi opus est in extremitate paginarum voces, ex quibus superiores compositz, monstrat, rationemque compositionis, & derivationis, in obscurioribus, paucis aperit.

Huic autem Syllogæ, loco Ideæ Græcarum Nov. Test. Dialectorum, ab ipso etiam doctissimo Dn. Pastore Syllabo annexæ; quia fusior & accuratior Διαλεκτολογία à Clarissimo Viro, DN. CASPARO WYSSIO, Linguæ Græcæ Professore publico, adornata, inque usum Studioforum edita est; Appendices duas, alteram de Præpositionum structura, de Τονογραφία dictionum Encliticarum alteram, in prima editione adjungere visum fuit. Nunc verò, loco Appendicis de structura Præpositionum, ex Syntaxi deinceps petenda, Compendium Prosodiz Græcæ, adjectum est.

Deus

PRÆFATIO.

Deus omnis doctrinæ fons unicus, conatibus Vestris divina benedictione sua magis, magisque aspiret, ut Vestra tandem aliquando studia ad magnum Ecclesiæ & Reipublicæ emolumentum efflorescant. In quo felici omine desino.

Vestri studiosissimus

JOH. CASPARUS SVICERUS.

LYS